'GEBETBUCH LEOPOLDS DES HEILIGEN'
Niedersachsen (Mandelsloh ?) Ende 11. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Memento mirabilium eius: quae fecit: prodigia eius: et iudicia oris eius.
Semen abraham serui eius: filii iacob electi eius.
Ipse dns dns nr: in uniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad isaac.
Et statuit illud iacob in preceptum: et israhel in testamentum eternum.
Dicens: tibi dabo terram chanaan: funiculum hereditatis uestrae.
Cum essent numero breui: paucissimi et incolae eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere xpos meos: et in ppheis meis no